

IOANNIS MAL
DONATI OPVSCVLA
quædam docta simul, &
elegantia.

DE SENECTVTE
Christianæ.

PARADOXA.

LVDVS CHARTA
rum, Tridunus, & alii
quidam.

GENIALE IVDI.
cium, siue Baccha-
nalia.

~~num. 52. cap. 8. num. 3.~~

BVRGIS EXCV DEBAT
Ioannes Giunta. Anno,
1549.



ex dono
M. Giunta

ILL VSTR ISSIMO, AC
Reuerédisimo Domino. D. Michaeli
Munoz Episcopo Conchensi, & Valli
doletani Consilii, Præsidi, Cancella-
rioq; Supremo Ioannes Maldonatus
S P D.



ERIT O quidem mira-
beris, Pater Amplissime,
quod incognitus Ego tu-
as occupationes grauissi-
mas audeam interpellare, deq; rebus
leuissimis scribere. Sed intellecta ra-
tione, haud omnino temerarium vide-
bitur, voluisse me, per literas esse tibi
nunc cognitum, quádo ingrauescens
ætas, incurfanteq; nonnúquam mor-
bi, accessum, manumq; oscula yetant.

Fama virtutum tuarum me primo ra-
puit in tui benevolentiam. Cæsar is
etiam iudicium, qui non fallitur in co-
optandis Episcopis, plurimum apud
me valuit ad te vñice diligendum.

IOANNIS MAL DONATI DE SENECTV te Christiana Libellus.



CRIPSIT Marcus Tullius Cicero de Senectute præc'ate: sed scripsit Ethnicus Ethniçis. Multa sunt in eo Ciceronis libello digna, quæ perpetuæ memoriae commendentur. Sed ita quædam non quadrant Christianis, ut operæ preclum sit cognoscere, qui bus coloribus depingenda sit Christiana Senectus. Nam si Cicero scripsisset Christiane, superuacaneus fuisset noster labor. Qui quidem ita grauis est autor, & legentibus cōmodus in omnibus suis scriptis, & in hoc maxime, ut ipsum fateat me sequi: deq; eius fonte multa sic haurire, vt in plerisq; utar meo iudicio, & Ciceronem tantum non fuisse Christianum, significem. Duo potissimum volui, cum scribere de Senectute constitui.

IOANNIS

MALDONATI PARADOXA

vita hominis instar
diei.



V O D autem humana vita breuissima sit, & cum æternitate collata tēporis pene momentum, dubitat, opinor, nemo, qui viderit Senes passim querulos, senium obressisse, bonosq; annos citius quam putabant, extinxisse. Neq; mihi multum elaborandum existimo, breuitatem eius astruere tentanti, & ad mensuram vnius diei reducere cogitanti: cum dies ipse longior multo sit animaculis, vitam ultra solem vnum ex Aristotelis relatione, non producētibus, quam anni septuaginta viris libidinibus, & ambitioni seruientibus. Illa quippe vivunt, & suauiter, dum per leges naturæ licet: exacto vero die, redundunt libenter, quod acceperunt. At nostri

IOANNIS

MALDONATI LVDVS

**Chartarum Tridunus, & alii
quidā generis eiusdem
atq; diuersi.**

GENIALE IUDICIVM,

siue Bacchanalia,

ORATIVNCVLA

LVCANALIBVS

HABITA.

DVRGIS

Excedebat Ioannes

Hlunta, Anno.

1549.

IOANNES ORTIZIVS

Ioanni Maldonato,

S. P. D.



EROPPORTVN
in hisce Saturnalibus
redditi mihi sunt ludi
tui, vere tui, hocest, &
facetissimi, & elegans
tiissimi. Quos ego per
legilibentissime, liben
tiusq; relegi. Bis enim,
acter, quod pulchrum.

Quid vero potius hoc tempore ageremus?
in quo famulorum licentia liberius in Domi
nos grassata nil melioris frugis ipsos moliri
permittit? Tam grauiter porro, & tam diser
te lusisti, vt nunquam lusisse videaris. Con
tra vero tam graphice ludorum omnium ra
tionē absoluisti, & velut ob oculos posuisti,
vt nunquā seria semper ludicra agitasse, sis
iudicandus. Vtinā ex priscis illis aliquis tui
haud absimilis extitisset, qui huiusmodi pro
vinciam suscipere non esset grauatus. Sic
enim fieret, vt optima ingenia minime pas-

G 2

IOANNIS MAL³
DONATI TRIDVNVS
& alii Ludi generis eis
dem atq; diuersi.

Collusores, ac Interlocutores.

Maldonatus, Ribera, Sedanus, Lus-
cijus, Renaldus, Molitor, Inachius,
Matthæolus, Petteius, Philippicus,
Gregorius, Georgius.

MALDONATVS.



V A N D O S V M V S
hucusq; prouecti, vt li-
bere possimus genio,
& ingenio vacare, lu-
dum aliquem auspice-
mur: & ita conemur in
eo reddere cuncta La-
ine, vt non minus his,
qui nos comitantur, & sunt spectaturi, videa-
mus profuisse ludēdo, quam authores inter-
pretando, solemus. RIBERA. Iocus sa-

A 3

TRIUMPHVS.

24

IOANNIS MAL=

DONATI TRIUMPHVS PLE,

nior & castigatior quam antea

prodierat.

COLVSORES.

MALDONATVS, FERRANVS,

Rosarius, Padronus, Austurias

nus Rex.

MALDONATVS.



VID nūc agimus otiosi: sibimus
in ambulatum ad Clatæ: FER.
Locus est opportun⁹ & amplius,
si dies esset profestus. Hodie ta-
men frequens erit turba cerdos-
num & opificum omnium: non spaciabimus
ex animo. ROS. Bene tu reputas quidem:
Nam & indulgedum Genio censeo, locumq;
magis aptum eligēdam. PAD. Quid igitur
vobis aqua, quod aiunt, hæret? Nō animad-
uerritis cælum sub nubilum, & ab Austro in-

IOANNIS MAL-

DONATI GENIALE IUDI-
cium siue Bacchanalia.


INTERLOCVTORES.

ACCENSUS MINISTER , IN
 gluies & Cōtinentia inuicem se accus-
 fantes, Tempus iudex, Pædor &
 Pudor testes,

ACCENSUS,

RO cæleste numen. Muliercu-
 lis tātam inesse vecordiam & au-
 daciam, vt ciuitatem audeat per-
 turbare, atque ciues in furorem,
 & arma ciuilia protrudere! Vix
 mihi spiritus p̄e stupore suggerit verba: vix
 anhelitum trahio. Murmur tamē ex meo per-
 turbato vultu gestuq; commotum, resideat
 paululum : & ego quid nunciatum veniam,
 explicabo , Cōticuistis vos! ego promissum
 absoluo, Accensus ego sum, præmissus a ma-

IOANNIS MAL-
DONATI ORATIVNCVLA
 per adolescentulum habita Lucana,
 libus. An. 1545.



ON equidem dubito candidissimi viti: quin meus hic primus aspectus vos vertat in admirationem, contemplantes, quam nouum & inusitatum sit, adolescentulum ex hoc loco verba facere, qui soleat natu grandioribus & eruditione praestantibus solum patere. Sed rogo vestram humilitatem & benivolentiam, qua me prosequi plerosque vestrum, preme semper tulit: ut meam excusationem libenter audiatis, & cognita causa, temeritatis & impudentiae criminis pro vestra aequitate summaq; dexteritate, prorsus absoluatis. Merito quidem essem temeritatis & impudentiae damnandus, si meo ductus iudicio, meaq; fatus petitia, locum consendi essem, ex quo disertissimi viri dictuti iam erubescunt, nonnunquam etiam periturbantur. Sunt quidem politioris litera-